



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

14. Quis teneatur alere illegitimum, quando duo dubitant uter ipsorum sit eius Pater? Et quid, quando unus ex his est Nobilior, & ditior? Ex p. 4. t. 3. r. 31.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

biles sententia, sed & si res sit dubia, omnino Aduocatus non peccat patrocinando. Et probatur, quia Aduocatus nec sententiam profert, nec iudicem cogit profert: solum proponit, quae sui clientis ius confirmare possunt. quae proponere iudici, in causa dubia non est iniustum, sed iuuat, vt a iudice causa melius expendatur. Ita Lorca, quod est valde notandum. Vide pro hac sententia D. Antoninum p. 2. tit. 1. c. 19. §. 8. Angelum ver. Aduocatus n. 7. Armit. n. 20. Syluestrum q. 10. & Nauarrum in summa, c. 25. n. 28.

RESOL. XII.

An Aduocatus, si causa sit criminalis, possit in dubio facti patrocinari contra reum? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 47.

Sup. hoc in ref. praeterita & in alio §. eius annot.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Ioannes Salas in dubio non potest reum iudex licite condemnare, sed debet illum absolueret. Ergo non potest Aduocatus id a iudice petere.

2. Sed hanc opinionem refellit Merolla in diff. Theo. tom. 1. diff. 3. c. 4. corollar. 6. n. 56. quia sequeretur neque in causa ciuili quando est dubia, posse Aduocatum contra reum patrocinari, quia etiam in tali casu iudex debet reum absolueret. Nam quando iura partium sunt obscura, reo fauendum esse tradit leg. cum sint de regulis iuris in 6. Sed consequens est fallum; ergo, &c. Adde quod munus Aduocati non est rem definire, sed illius munus tantum est proponere sincere factum, & merita causae, vt iudex postea illa expendendo iulle sententiam ferat. Et ideo hanc sententiam, nempe non solum in causa probabili, sed etiam in causa dubia posse Aduocatum contra reum patrocinari, tenui etiam ego ipse in part. 2. mearum resolutionum, tract. de opin. probabili. resol. 6. vbi pro hac sententia citauit Lorcam & Malderum.

Quae hic est Ref. antecessus.

RESOL. XIII.

An in dubio quis censendus sit illegitimus? Ex quo sequitur expositum, de cuius parentibus dubium est, habendum esse legitimum. Etiamque inferitur, quod si dubitetur, an aliquis filius sit naturalis, vel spurius, debet praesumi, quod potius sit naturalis, quam spurius. Ex p. 4. tr. 3. Ref. 6.

§. 1. Respondeo negatiue cum Maldero in 1. 2. D. Thome quast. 19. art. 5. diff. 87. vbi sic ait. Qui dubitat an sit legitimi tori, non tenetur sequi partem tutiorem, sed potest sequi mitiorem, etiam contra possidentem, saltem in materia iustitiae, v. g. quando aduenda est hereditas; probatur ex l. filium ff. de his que suis vel alieni iuris sunt, & est Syluestri ver. filius q. 12 & communis aliorum, extendit id Salas etiam ad illum de cuius natalibus ab initio dubitatum fuit, & cuius fratres iam sunt in possessione hereditatis. Hinc sequitur expositum de cuius parentibus dubium est, habendum esse legitimum. Ita Malderus; vide etiam Martinez multis aliis in 1. 10. l. 9. 19. art. 1. dub. 5. concl. 2. Turrianum in opus. Theologiae opus. 10. diff. 3. dub. 3. Castrum Palaum to. 1. to. 6. tr. 1. Ref. 10. 1. diff. 3. p. 1. 5. per totum Villalobos in summa to. 1. tr. 1. difficult. 20. n. 10. & Sanctarellum var. resolu. tom. 1. q. 24. §. 20. & seq. vbi etiam probat quod si dubitetur an aliquis filius sit naturalis, vel spurius, debet praesumi quod potius sit naturalis quam spurius.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 57. Ref. 41. 42. & 43. cum multis aliis Doctores in to. 6. tr. 1. Ref. 32. & Restat. paulo post q. 24. §. 20. & in alios §. eius annot.

RESOL. XIV.

Quis teneatur alere illegitimum, quando duo dubitant, vter ipsorum sit eius pater? Et quid quando vnus ex his est nobilior, & ditior? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 31.

§. 1. Avtroque soluenda esse alimenta, docet Tur. Arias in opusculis theologicis, tom. 1. opus. 13. diff. 5. dub. 3. Martinez in 1. 2. tom. 1. quast. 19. art. 6. dub. 5. concl. 2. Valquez in 1. 2. diff. 66. c. 8. n. 7. & Villalobos in summa tom. 1. tr. 1. difficult. 20. n. 11. vbi sic ait. [Si Pedro, y Iuan dudan qual dellos es padre de Fran. cisco, porque ambos tratan con su madre, ambos deuen alimentarle pro medietate, y si el vno no puede, no quiere, lo deue el otro hazer.] Ita ille, & Azcoitia to. 2. lib. 2. c. 19. quast. 8. asserens vt Villalobos, quolibet patre deficiente, vel nolente filium alere, alium esse obligatum in integrum.

2. Sed hoc non approbat Salas in 1. 2. tr. 8. diff. vna, c. 8. §. 2. 4. 8. & Castrum Palaus to. 1. diff. 3. p. 1. 4. n. 15. quia aduersus quemlibet non habet filius integrum ius, & hanc opinionem ego teneo. Quod verò alter ex iis de quibus dubitatur, vter sit pater ditior, aut nobilior, parum refert, vt ei potius quam alteri filius tribuatur, ac proinde obligatio alimentorum ipsam potius, quam alterum constringat. Ita Valquez in 1. 2. diff. 66. c. 8. n. 48. licet etiam probabiliter asserat Salas & Palaus vbi supra: si patres inaequales in diuitiis, & nobilitate sint posse matrem a ditiori & nobiliori plus alimentorum exigere, quia ditior & nobilior meliora alimenta tenebatur filio ministrare.

RESOL. XV.

Quando duo cognouerunt feminam & dubium est magis prolem vnius esse, quam alterius, an vterque teneatur ad alimenta pro aequalitate dubij? Et quid est dicendum, quando dubium non est inter duos adulteros, absente marito, sed inter maritum & adulterem? Et inferitur non solum adulterum non teneri ad restitutionem marito, si probabiliter credat prolem non esse suam, sed etiam si simul credat probabiliter esse suam. Et in exemplum praedictarum quaestionum alij diuersi casus adducuntur valde notandi. Ex p. 7. tr. 11. & Martinez Ref. 35.

§. 1. Hanc quaestionem me citato nouissime pertractat Eminentiſſ. Lugo de iust. 10. 1. diff. 14. §. 1. tenet, nam quotiescumque non constat saltem per praesumptiones, vel iudicia probabilia hunc esse tuum filium, videtur te non teneri eius alimenta praestare. Probant hanc sententiam, quia si aliquis inueniatur occisus, & dubitetur, an occisus sit à Petro, vel à Paulo, nec possit dubium illud separari, iniquum erit punire vtrumque, cum certum sit alterum ex illis esse innocentem, atque adeo, si vterque puniatur, certum erit innocentem puniri. Vnde barbarum omnino, & crudele fuit, quod Princeps quidam fecisse narratur, quicum melaerret, quis ex tribus famulis certos suos fructus praestolimos comedisset, iussit singulos secari, vt apparet, in cuius stomacho reperirentur, provt in secundo apparuerunt, primus autem innocens sectus fuit. Non enim sunt puniendi innocentes, vt inter eos delinquens puniatur, sed potius dimitteendus est delinquens, ne innocentes puniantur. Ex quo argui potest ad casum nostrum, quia licet restitucio, vel solutio non sit proprie poena, est tamen quasi poena: nam licet sit furto, v. g. oritur debitum poenae, sic etiam oritur debitum reparandi damnnum totum, quod ex furto consequitur. Vnde sicut ob delictum incertum,